

1287, juliol, 10

Berenguer de Gornal, que ha venut als marmessors de Pere de Fontclara la fàbrega de Vilobí, atès que el seu pare, Pere de Gornal, havia assignat catorze mitgeres de faves sobre la mateixa fàbrega, garanteix els ingressos amb una possessió de certs masos de Vilobí que s'enumeren, i que té per compra feta a Ferrer de Tavertet.

ASD núm. 272, perg. orig., 198 x 265 mm.

Sit omnibus notum quod ego Berengarius de Guarnallo, dominus castri de Uilalbino, per me et omnes heredes et successores meos promito per firmam stipulacionem tibi Arnallo de Campis, clerico et Bernarda de Camonibus, ciui Gerunde, manumissoribus testamenti Petri de Fonteclaro quondam et successoribus uestris tènentibus helemosinam quam dictus Petrus de Fonteclaro condam instituitin ecclesia Sancte Marie de Puellis Gerunde quod annuatim perpetuo ego et successores mei, sine amni uestra et successorum uestrorum missione et dampno, persoluamus et donemus illas quindecim migerias fabarum quas Petrus de Guarnallo condam pater meus dimisit prestandas annuatim pro helemosina tempore Quadragesime facienda, pro quibus dictam fabricam obligauit uel assignauit hospitali nouo Gerunde, ut continetur in testamento eiusdem, quam helemosinam fabarum ego et successores mei faciamus et compleamus annuatim perpetuo sic quod uobis uel successoribus uestris nullum dampnum possit fieri uel eciam generari in fabrica de Uillalbino quam uobis perpetuo uendidi racione obligacionis uel assignacionis predictae uel alia racione. Et si pro deffectu predictorum contigerit uos uel successores uestris sustinere dampnum uel grauamen siue facere missiones, totum restituere promito uobis et successoribus uestris, et inde credamini uestro simplici uerbo, sine testibus et iuramento. Et propter hoc obligo uobis et successoribus uestris et tenentibus dictam helemosinam per dictum Petrum de Fonteclaro in dicta ecclesia institutam, specialiter honorem meum quem emi a Ferraria de Tauerteto condam, et est in parrochia de Uilalbino, in quo sunt mansus Turbayn, mansus Marchus de Combabela, mansus Nicholaus et mansus Uoltreganus et campus de Bagera<sup>1</sup> et alia dicto honori pertinencia, cum personis et redempcionibus earum et censibus, agrariis, foriscapiis et prouentibus et laboracionibus, possessionibus et tenedonibus et pertinenciis suis, ita quod si pro cessando dicto seruicio amiseritis uos uel successores uestri dictam fabuJcam, deinde predictum totum honorem uestra propria auctoritate accipiatis habeatis et possideatis paciffice et quiete sine contradimento meo et meorum et de fructibus eiusdem accipiatis et habeatis tantum quantum amiseritis de fructibus fabrice supradicte, tamen dum predictam fabricam cum suis iuribus cessaueritis habere et tenere in pace. Et generaliter propter hoc obligo uobis et successoribus uestris omnia alia bona mea habita et habenda ubique, iurans per Deum et sancta .nu.or Dei Euangelia corporaliter tacta hec omnia atendere et complere et contra in aliquo non uenire.

Actum est hoc .vr. idus iulii ano Domini .MCCLXXX. septimo.

Sig+num Berengarii de Guarnallo predicti, qui hoc firmo, lauda et iuro. Testes sunt Bernardus de Scala, Petrus de Sancto Celedonio, Uitalis de Chexanis, ciues Gerunde, et Petrus de Tetzono, miles. Sig(s. man. )num Berengarii de Guarnallo'.

Eg(s. man. )o Bisullunus Burgesii, terrens locum Raimundi de Toylano, publici Gerunde notarii, hec scripsi et clausi, cum suprascripto in .v. linea, ubi dicitur "facienda". 1. Potser Bagestrà, riera de l'indret.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 570-571